Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



121

Est aut tacens non habens sensum loquendi. Et est tacens non habens responsum.
Et est tacens sciens tempus aptum tempori.
Homo sapiens tacebitur usque ad tempus. Garrulus autem et imprudens non seruabunt tempus.
Qui multis utitur uerbis ledit animam suam. Et qui potestatem sibi adsumit iniuste odietur.
Est percussio in malis uiri indisciplinati. Et est inuentio de trimentum.
Est datum quod non sit utilis. Et est datus cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio.

Et est qui ab humilitate leuabit caput. Est qui multa redimat modico pretio. Et restituens ea reptuplum. Sapiens in uerbis se ipsum amabilem facit.
Gratiae autem fauorum effundentur. Datus insipientis non erit utilis tibi.
Oculi enim illius rapti plicersunt. Et gaudabit et multa inpperabit. Et aperto oris illius inflammatio est.
Hodie fenerat quis. Et cras repetit. Et hodibilis homo huius modi fictio non erit amicus.